

Peccatum

Christi. Bernardus. Hoc est quod plus me mouet. me urget. plus accendit. calix tuus domine quem bibisti. Dabis eis solum cordis laborem tuum. 1. Petri. 1. Christus passus est pro nobis. 2. Petri. 1. Christus in carne passus et vos eandem cogitatione armamini. Septimo. regni celestis apertio. Heb. 1. Habentes igitur fratres fiducia in introitu sanctorum. in sanguine christi quam iniciavit nobis viam. Ite dicitur Crux clavis David. y. a. xxij.

De peccato

Peccatum multa mala facit homini que debent homini retrahere a peccato. Primum est. quia facit eum seruum diaboli. Job. viij. Qui facit peccatum seruus est peccati. Item seruus non facit quod vult. sed quod dominus eius. sic peccator non facit quod vult. sed quod diabolus. 1. Petri. 1. A quo quis supatus est. eius et seruus est. Dicunt naturales. quod ex quo seruus victus est ab alio ceruo nunquam postea ei resistit. sed quando occurrit ei quasi dominum eum reputans caput inclinat et cornua in signum subiectionis et seruitutis. sic mulier semel oppressa a leccatore suo postea non resistit sed sequitur eum ubique. sic homo victus a diabolo per consensum peccati ei postea non resistit. Item in potestate hominis est aliquando facere regem et platum quem vult. sed factum non est in eius potestate de regno expellere. Roma. vi. An nescitis quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum serui estis siue peccati ad mortem. siue obediens ad iustitiam. Unde sicut seruus non potest de seruitio domini recedere quoniam vult. sic homo a peccato. Piscis per se intrat in nassam et quoniam vult. sed non per se et quoniam vult erit. Item nauis per se descendit. sed per se non ascendit. sic homo ad malum non ad bonum. Dece. iij. Perditio tua erit de israel tunc modo. ex me auriliu tuum. Item nauis fracto gubernaculo non quod vult dominus eius ducit. sed quod ventus ducit eam. sic homo qui est in peccato porto dei aurilio. non quod vult a se. sed quod diabolus. Roma. vii. Quod nolo hoc ago. Thren. 1. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequens. Secundum est quod ad amarum finem ducit. Prover. v. Nouissima illius amara quasi absinthium. Pisces nutriti in mari propter nutrimentum maris reputant mare dulce cum tamen sit amarum. sic peccatores nutriti in peccatis peccata dulcia reputant cum tamen aliter sit. ysa. v. Ele qui dicitur bonum malum et malum bonum. ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. Isti sunt similes cuidam stulto qui cum audiret commendari multum falconem domini sui quod valde bonus esset accepit eum furtive et occidit et comedit. et cum plangerent omnes de domo et commendarent nescientes quid de eo factum esset. Respondit stultus dicens. quod non dicerent verum. quia nunquam comederat tam amaras carnes. Attende peccator. quod nunquam tam amarum cibum comediti sicut peccatum. quod gustatum affert mortem. Hier. 17. Glisc qui malum et amarum est reliquisset te dominum deum tuum. Exemplum de puella que audivit a leccatoribus quod dulcis esset actus luxurie et permisit se corrumpi. et cum inuenisset quod audierat voluit se occidere quod per tam vili opere et momentanea delectatione tam preciosam virginitatem amiserat. Tertius est multiplex cometerere mortiferum anime. Nullus enim sapiens comederet mortiferum corpus. sicut dicitur Job. vi. Angustare poteris quod quod gustatum affert mortem.